



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

§.VI. Inhalt der Frantzösischen Replic.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51672)

1646.
Januar.

Suecici &c. Den Willen und das Verlangen, ingleichen auf was für Art es geschehen könnte, hätten sie bereits sehen lassen; es wären aber allhier viele und wichtige Sachen, insonderheit welche das Römische Reich und dessen Stände concerniren: könnten sie, Herren Kayserliche Gesandten, in einem Hury sich darüber zu der Interessenten Gnügen erklären, sollte es ihnen lieb, und selbiger Tag billig glücklich zu schätzen seyn.

1646
Januar

Womit sie den Herren Kayserlichen Gesandten eine gute Nacht wünschten, und, daß, weil die Nacht anher nahete, sie über dieses alles gute Träume haben, und ihnen auf alle Punkte willfährige Antworten bringen möchten. Scheideten also nach 8. Uhren des Abends wieder von dannen: c.

§. VI.

Inhalt der
Französischen
Replicarum.

Ingleichen wurde die von den Franzosen geschehene Gegen-Erklärung, welche die Mediatore zu Münster, aus der Franzosen mündlichem Vortrag, anfänglich in Italiänischer Sprache, zu Papier genommen hatten, nach geschehener Uebersetzung in das Lateinische, per Dictaturam, also bekannt gemacht:

Summa capita eorum, quæ loco Replicæ ad Responsiones Cæsareanorum Gallici Plenipotentiarum die 7. Jan. 1646. apud Mediatore oretenus fusius exposuerunt, ab iisdem Mediatoribus excepta, primum Italico idiomate deinde in Latinum versa.

Dixerunt, se non respondere in scriptis, ut acceleretur Tractatio, & effugiantur hinc inde displicentiæ & malæ satisfactioes; moram ipsis adscribi non posse, jam ante binas edidisse Propositiones, super quibus tractari poterat, summissæ sibi quoque Cæsareanos tempus, quod voluerunt, ad respondendum Propositionibus, quæ ipsis factæ sunt; fuisse necessarium, ut adimpleta essent Præliminaria, Congressus completus, Salvi Conductus concessi, & Ordines Imperii admissi, qui excluderentur. Fateri eosdem Cæsareanos in Procemiis, necessarium fuisse, ut omnia prius communicarentur cum Statuum Imperii Legatis. Completo demum Congressu & adimpletis supradictis, ipsos nulla interjecta dilatione, se applicasse cum suis Confœderatis ad hanc Replicam. Primo loco petierunt Salvos Conductus pro Legatis Lusitanicæ, uti Fœderatis & Adhærentibus utriusque Coronæ. Acceptarunt reservationem factam explicandi se ulterius, si opus fuerit, utrique Parti æqualem ac reciprocam eo modo, uti expressum est in scripto Cæsareanorum, declarando tamen, quod usque ad præsentem horam non haberent, quod adjungerent aut demerent his, quæ sequuntur.

Ad Art. I.

Declararunt, tam Regis Christianissimi quam Fœderatorum nomine, non esse ipsis bellum contra Imperium, neque dubitare, quin Status Imperii in eadem sint opinione; placuit tamen, quod in præsentem Tractatu Pacis includantur Status Imperii ex una & altera parte. Et quia Cæsareani inter eos, quibuscum cessare bellum debet, Regem Hispaniæ nominaverunt, cujus nulla mentio a Gallis facta fuerat; Ideo Plenipotentiarum Gallicæ quæsierunt, an hæc ita intelligenda sint, ut Pax in Imperio tractari & concludi non possit, nisi controversiæ & bella Gallorum cum Hispania simul componantur. Dixerunt, se non posse convenire de suspensione armorum, quippe quod medium esset ad prolongandum Pacem, non ad facilitandum. Excludi debere ab hoc tractatu Ducem CAROLUM Lotharingiæ, uti latius in alio Articulo.

Ad

1646.
Januar.

Ad Art. II.
Approbârunt, præviis tamen supradictis restrictionibus.

1646.
Januar.*Ad Art. III.*

Remiserunt ad alium Articulum id, quod prætenditur pro Securitate Pacis. Placuit, quod Imperator obliget se de non assistendis Hispanis contra Galliam; sed dixerunt, æquum non esse, ut Gallia vicissim se obliget de non assistendis Suecis & aliis suis Confœderatis, quia dispar est ratio; Primo, quod nequeat Imperator, ut Imperator, disponere de viribus Imperii quemadmodum Reges de Regnorum & ditionum suarum hereditariarum viribus, & ea fuit belli causa, quod exercitus Imperii nunc in Borussia, nunc in Italiam contra finitimos Reges, Imperii amicos, sola Imperatoris autoritate emissi sint. Secundo, quod in hoc Tractatu, qui, nisi conjunctim cum Suecia, iniri non potest, prospiciatur utrarumque Partium securitati, per illam reciproci Fœderis cautionem, quæ inferius proponitur. Nec obstat Transactio Burgundica Anni 1548. uti non observata, cum nunquam miscuerit se Imperium negotiis Belgicis.

Ad Art. IV.

Coronas non posse admittere Amnistiam Ratisbonensem Anni 1641. nec eam, quæ novissime publicata est; experientiam docuisse, ad componendos Germaniæ motus requiri Amnistiam Generalem absque restrictione aut reservatione aliqua, uti petierunt in Art. IV. suæ Propositionis.

Ad Art. V.

Consenserunt, si tamen Amnistia sit Generalis & illimitata, ut supra.

Ad Art. VI.

Perseverârunt, res Imperii restituendas in eum statum, in quo erant Anno 1618. excepto tamen eo, quod possit immutari in præsentis Tractatu, juxta Art. VI. Propositionis suæ: Repetierunt, Gallis non esse bellum cum Imperio, imo illos ejusdem Imperii commoda & dignitatem promovere velle. Non convenerunt de plerisque contentis in additione, in Respon- sione Cæsareanorum, circa quam multa haberent dicenda, quæ omiserunt, ut contentionibus, quantum fieri potest, ansa præcidatur.

Ad Art. VII.

Convenerunt, requirentes solummodo explicationem tam duarum reservationum contentarum in fine dicti Articuli, quæ tales esse possunt, ut admitti possint vel rejici, quam ultimæ clausulæ, quæ incipit: Omnia intelligendo &c.

Ad Art. VIII.

Assenserunt, modo nihil fiat contra Capitulationes & Constitutiones Imperii; Petierunt præterea, ut ad tollendam penitus radicem belli & stabilendam bonam Pacem, procuretur, ut per viam amicabilem possint terminari differentiæ, quæ controvertuntur inter Status Imperii Catholicos & Protestantas.

Ad Art. IX.

Declarârunt, non fuisse ipsorum intentionem, præjudicare libertati Electorum, sed id tantum assequi juxta Imperii leges, ne Imperium fiat heredi-
Zweyter Theil. Et redi-

1646. reeditarum; Huic incommodo obviam iri posse, & pleniorum fore Electo- 1646.
 Januar. rum libertatem, si, qui in posterum videbuntur eligendi Reges Romanorum, Januar.
 defumi non possint ex familia Imperatorum regnantium.

Ad Art. X.

Perstiterunt in liberatione Principis EDUARDI, uti captivati ab Imperatore, in cujus servitio militabat, quique ab ipso ad manus aliorum transmissus est.

Ad Art. XI.

Placuit, ut inter Imperium & Galliam restituantur Commercia in pristinum statum, & ut eadem sint libera in Imperio uti ante bellum, consultis prius Statibus ejusdem Imperii & Civitatibus Hanseaticis.

Ad Art. XII.

Consenserunt, &, ut petita hujus sequentis XII. Articuli explicationi satisfacerent, proposuerunt pro Securitate Pacis Ligam generalem inter omnes Interessentes in hac Pacificatione Imperii omnesque Principes ac Status Germaniæ, cum obligatione reciproca omnium & singulorum, accipiendi arma, contra illum & illos, qui contravenient præsentis Tractatui, postquam tamen tentata fuerit per viam amicabilem reparatio aut cessatio contraventionum.

Ad Art. XIII.

Pro ulteriori Securitate Coronarum & Principum Imperii federatorum, nec non pro debita Galliæ Satisfactione, rationi consentaneum esse, præter oblationes jam ipsis factas, (quamvis rerum jam ab antiquo ad Coronam pertinentium) ut cedat Galliæ Alsatia superior & inferior, inclusis Zuntgovia, Brisaco & Brisgavia, Civitatibus Sylvestribus, cum omni causa omnique Jure, quo ante præfens bellum possidebantur a Principibus Domus Austriacæ; Item maneat in possessione Philipsburgum cum suo territorio & dependentiis, locisque necessariis ad liberam & securam cum regno Galliæ communicationem. Si tamen Imperator & Imperium e re sua esse judicaverint, ut dicta utraque Alsatia, cum Philipsburgo & suis adherentiis recognoscantur ab Imperio, Gallia non recusabit, modo Sessionem & Suffragium in Diæti habeat, sicut alii Principes & Status Imperii. His stantibus declararunt, quod pro bono Pacis, restituantur Spira, Wormatia & omnia occupata in tribus Electoratibus Imperii, Moguntino, Trevirensi & Palatinatu Inferiori, ita tamen, ut restitutio quoque fiat eodem tempore ab omnibus adversæ Parti adherentibus, omnium illorum locorum, quæ ipsi detinent in dictis tribus Electoratibus.

Ad Art. XIV.

Perstiterunt in Satisfactione Principis Landgravix Hassiæ, attento, quod Conventio allegata in Responso Cæsareo, non fuit nisi simplex designatio, non ratificata, non acceptata, non executioni demandata, referentes se in reliquis ad scriptum, quod dabitur a Ministris Sux Celsitudinis.

Ad Art. XV.

Consenserunt, sed quia Cæsarei in suo scripto nihil respondent in particulari de Satisfactione Militum, propterea institerunt supradictæ Satisfactioni, restrictæ tamen ad solum militem extraneum.

Ad

1646.
Januar.

Ad Art. XVI.

1646.
Januar.

Supposita prius securitate & satisfactione tam duarum Coronarum, quam Principis Landgraviæ Hassiæ, uti supra, promiserunt sub bona fide Restitutionem omnium occupatorum, ut in Art. XIII. Et quantum ad Ducem CAROLUM, cum ejus negotia nihil commune habeant cum hoc Tractatu, uti agnitum fuit in institutione Præliminarium ipsius, ubi Duci dicto negatus fuit Salvus Conductus, quamvis requisitus; petierunt, ut Imperator in præsentem Tractatu se obliget, de non molestando unquam posterum Coronam Galliæ in tali possessione Statuum dicti Ducis, quippe qui diversis titulis ad Regem Christianissimum pertineant, nec intersit Imperatoris, huic negotio se immiscere post Tractatus ab eodem Duce factos cum Gallia, per quos renunciavit omnibus Confœderationibus cum Domo Austriaca.

Ad Art. XVII.

Consenserunt.

Ad Art. XVIII.

Item, modo Ratificationes factæ fuerint ante Executionem Tractatus.

§. VII.

Kurz gefaßter
Inhalt der
Schwedischen
Replie.

Der substantielle Inhalt, der Schwedischen Replicarum, wurde hernach also besser, bey der Handlung, vor Augen zu zusammen gezogen, um die Contenta desto

Contenta Replicæ Suedicæ ad Resolutionem Cæsaream d. 28. Decembr. 1645.
Dominis Cæsareis Plenipotentariis Osnabrugis oretenus
propositæ.

Procemii loco ist 1) der bisherige Krieg und Verzug des Friedens Königlich-Schwedischer Seiten justificiret.

2) Ein Geleits-Brief vor des Königs in Portugall Gesandten begehret.

3) Die facultas addendi, ulterius explicandi &c. gewiesen, und

4) Die Ursach der communicirten Ordnung, deren in der Schwedischen den 1. Jun. gethanen Proposition begriffenen Articulu zu verstehen gegeben worden, welche vornehmlich diese seynd, daß die Herren Kayserliche Gesandten selbst, als sie ihre Resolution den Ständen hier vorgetragen, so viel zu verstehen gegeben, daß in der Reichs-Sachen keine rechte Ordnung in der Schwedischen Proposition wäre; 2) weils die Articulu der Schwedischen Proposition mit der Französischen nicht gleich gehen, und doch 3) zu Münster und Osnabrück die Handlung simul & pari passu gehen solle; und dannhero 4) die immutatio um so viel bequemer geachtet worden. Diese Ordnung ist in 4. verschiedene Classes eingetheilet worden.

Die erste begreiff das Interesse und Negotia des Römischen Reichs. Als

1) Eine vollkommene General-Amnestie, sich erstreckend in Ecclesiasticis & Politicis auf An. 1618. in dem 3. und 8. Artic. der Schwedischen Proposition eingeführet, wobey insonderheit die plenaria Restitutio der Pfalz, Würtemberg, Baden-Durlach, Nassau-Saarbrück, und der Evangelischen Bürgerschaft zu Augspurg und der Stadt Donawerth und Eger bestermassen gefördert: in specie auch das Königreich Böhmen, mit den incorporirten, wie auch den gesamten Oesterreichischen Erblanden, mit eingerückt werden.

2) Die Restabilirung und Assertion der Privilegien und Rechten der Stände, wie im 5. und 6. Art. mehrgedachter Proposition angeführet.

Zweyter Theil.

Et 2

3) Ab.